

## II.2.2.

[1r] In nomine Domini. MCCCCLXXXII indictione prima, die veneris, XXII mensis novembris. Dominus Iohannes Antonius porte Vercelline Mediollani dominus<sup>a</sup> de Barbareschis, filius quondam domini Bertholini, porte Vercelline Mediolani, parochie Sancti Iohannis supra Murum, prior infrascripte Schole, Iohannes dictus fra' de Mantegatiis filius domini Bossini, porte Ticinensis Mediolani parochie Sancti Ambrosini in Solayrolo, et dominus Iohannes de Casano filius quondam domini alterius<sup>b</sup> Iohannis porte Horientalis, parochie Sancti Bertolomei, ambo syndici et procuratores, et sindicario et procuratorio nomine scollarium scolle domine Sancte Marie Conceptionis constructe in ecclesia Sancti Francisci Mediolani, a manu sinistra intrando per portam dicte ecclesie Sancti Francisci, ad hec et alia facienda constituti, ut dixerunt, per instrumentum traditum per dominum Antonium de Cathaneis notarium Mediolani anno et die in eo contentis, facientes ipse prior cum consensu ipsorum sindicorum et ipsi syndici cum voluntate ipsius prioris, contenti et confessi fuerunt et confitentur etc., suo nomine et nomine aliorum scolarium pro quibus promiserunt de rato etc., se recepisse<sup>c</sup> et habuisse, et<sup>d</sup> presentialiter receperunt et habuerunt a domino Marsilio de la Cruce, filius quondam domini Donati porte Verceline Mediolani, parochie Sancte Marie ad Portam, presente et stipulante ac dante etc., collanam unam a floribus<sup>e</sup> XIII auri masitii fini cum perlis xiiii incorporatis cum ipsis floribus, videlicet que tenent seu cingunt unum<sup>f</sup> florem cum alio et sic alium cum alio, et cum certis litteris inter unum et alium florem<sup>g</sup>.

Et hoc pro<sup>h</sup> tenendo, et quam ipsi scollares tenere debeant ad<sup>i</sup> collum<sup>j</sup> figure domine sancte Marie dicte capelle dicte Scolle<sup>k</sup> alias eidem Scolle et scollaribus legatam per nunc quondam Innocentium, olim fratrem dicti domini Marsilii, olim fratris sui, pro tenendo et quam<sup>l</sup> tenere debeant<sup>m</sup> ad dictum collum figure<sup>n</sup> domine sancte Marie dicte capelle<sup>o</sup> et in omnibus et per omnia prout in eo legato continetur, de quo traditum fuit instrumentum per Filippum de Bononia<sup>p</sup>, etc. etc.

Et hoc ad finem et effectum.

Et quod nullo unquam tempore possit rompi, vendi, alienari vel aliter distribui, sed solum modo permaneat perpetuo ad ipsum collum et pro ponendo ad dictum collum dicte domine dicte Scolle ac ornatui. Que quidem collana [consignata] fuit in manibus predicti domini Iohannis Antonii.

Renuntiando etc., promittens etc.

Actum ut infra.

<sup>a</sup> porte Vercelline Mediollano dominus de *in interlinea*; de è ripetuto. – <sup>b</sup> Segue domini ripetuto. – <sup>c</sup> Nel testo repisse senza segno abbreviativo. – <sup>d</sup> Segue parola di difficile lettura a causa della rottura del supporto. – <sup>e</sup> Segue XV depennato. – <sup>f</sup> Nel testo cum. – <sup>g</sup> Nel testo floribus. – <sup>h</sup> Segue tendo depennato. – <sup>i</sup> Segue collan depennato. – <sup>j</sup> Segue [...]ne depennato; figure *in interlinea*. – <sup>k</sup> capelle dicte Scolle *in interlinea*; seguono tre parole depennate. – <sup>l</sup> quam *in interlinea*; seguono due parole depennate. – <sup>m</sup> tenere debeant *in interlinea* su tenendi depennato. – <sup>n</sup> figure *in interlinea*. – <sup>o</sup> dicte capelle *in interlinea*. – <sup>p</sup> Filippum de Bononia *in interlinea* su parola depennata.